

24
M Y S T E R I U M V U L N E R U M
 DOMINI NOSTRI I. C.
M O N I T U M.

DE I Filii apprensus a Apostolis post Resurrectionem duo facit, que ve adhuc integra nullum inter se unum habere videntur. Osendit vulnera sua, & dat pacem: sed si conferatur, quod dicit, cum eo quod facit, videntur duo hæc arte secum comexa; ideoque quoad fieri poterit, utrumque simul conficiamus. Ubi.

Animadvertendum est. 1. Hoc argumentum de Vulneribus Salvatoris posse constituere Partem Passionis; verum cum verum multitudine, de quibus tunc agendum fuit, nobis integram non reliquerit latius immorari, & ea omnia que necesse fuisse, animadvertere; Ecclesia nobis ansum præbet, sicut hoc pertractandi argumentum feria tertia Pasche, & sequenti Dominica, qua Concionatores, ut plurimum, Quadragesima finem facere consueverunt. Non est inauditus huius argumenti sermo, qui maximam adfert piis animabus consolationem, & qui non inutilis esse potest peccatoribus hoc sancto tempore ad eos ad pietatem ciendos, & in sancto proposito confirmandos. 2. Equidem scio argumentum hoc mysticum videri; sed monendus est auditor, vulnera hæc esse cruenta, seu gloriosa, nequaquam separari a persona, que illa recepit, eaque considerari non solum tamquam causam dolorum, quos passus est homo-Deus; verum etiam tamquam fontes gratiarum, & bonorum omnium, que inde recipimus, ex quo elicimus sensus amoris, grati animi, & devotionis erga hunc Mandi Salvatorem, qui retinere voluit vulnera sua æternum monumentum eorum, que fecit, & pro nobis passus est.

PARAGRAPHUS I.

Multiplex Sermonum huius argumenti Synopsi.

I. DEI Filium sua retinuisse vulnera etiam post Resurrectionem, constat; quandoquidem ostendit illa Apostolis suis, iustitque S. Thomam in illa digittum inferre. Sed queritur ratio, cur illa retinuerit, quandoquidem gloriosum statum illius parum decere videntur; & Angeli ipsi obtupecunt, & non sine altissimo admirationis sensu querunt: *Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum?* (Zachar. 13.) Quibus responderi potest cum Sanctis Patribus illas esse Angelis gloriosa insignia triumphi a JESU CHRISTO de inferno, & morte relati; Apostolis certissima argumenta Resurrectionis ipsius; iustis inexhaustis gratiarum fontes; peccatoribus apertas objurgationes criminum suorum; sanctis omnibus pretium inestimabile salutis eorum; sed ut omnes hæc rationes in unam colligantur, nos considerabimus hæc sacra vulnera tamquam totidem ora, que nos erudiunt quomodo recipiantur nobis sunt cruce seu a Deo, seu ab hominibus profecta. Namque, ut S. Bernardus ait, (serm. 61. in Cant.) ideo JESUS CHRISTUS suas nobis plagas ostendit, ut nostram ciet fortitudinem, & doceat nos propter ipsum pati, dum ea videmus que ipse pro nobis passus est; unde tria elicimus maximi momenti documenta, que sermo huius partitionem constitunt.

Primum est, neminem esse a plagis immunem, videlicet sine tribulatione, & pena mentis, vel corporis: si enim aliquis impunis esse debuisset, hic proculdubio erat Filius Dei, seu propter personam qualitatem, seu propter vitam innocentiam, seu propter potestatis magnitudinem. Pilatus produxit Regis qualitatem, ut illum eximeret, propositum eius innocentiam, ut eum a morte liberaret; & potentiam huius hominis-Dei, qui inimicos suos in Horto Olivarum prostravit, videbatur dissipare posse procellam irruentem in eum; tamen nec dignitas, neque innocentia, neque infinita potentia illum exemerunt a cruce. Quis igitur presumperit illum evitare posse, si novit virum suarum infirmitatem, scelorum suorum nequitiam, & conditionis sue abjectionem, que ipsam toto celo infra Salvatore terram in tres classis distingui potest. In hominem Deum, in hominem iustum, in hominem nequam. Ascende in Calvarium; videbis tria hæc personarum genera cruci suffixa. Peccator ibi est in latronis nesciarum persona; hic non caret cruce; si pauper est, S. Chryostomus inquit; pauperitas crux est illius; si e paupertate emergit, inordinata concupiscentia magis, quam ipsa egestate torquetur; si mala utitur valetudine, morbus est crux illius; si bona, avaritia, superbia, & omnes cupiditates illius tranquillitatem perturbant; mala conscientia illi est loco omnium suppliciorum. Iustus quoque in cruce est; improbi enim non sinunt bonos quiescere. Deus ipse eos tentat, ac tribulationibus percutit. Sed quamvis etiam nihil illis vel a Deo, vel ab hominibus referendum, ipsi sibi cruce essent, videntes se in tristi exitio, videlicet in hoc mundo, miseris refero. Restat igitur referendum, ipsi sibi cruce essent, videntes se in tristi exitio, videlicet in hoc mundo, miseris refero. Restat igitur referendum, ipsi sibi cruce essent, videntes se in tristi exitio, videlicet in hoc mundo, miseris refero.

Restat igitur referendum, ipsi sibi cruce essent, videntes se in tristi exitio, videlicet in hoc mundo, miseris refero. Restat igitur referendum, ipsi sibi cruce essent, videntes se in tristi exitio, videlicet in hoc mundo, miseris refero. Restat igitur referendum, ipsi sibi cruce essent, videntes se in tristi exitio, videlicet in hoc mundo, miseris refero.

nasci, atque ad ferendam crucem damnari. Adde his, nos quatenus Christianos esse corpus, & membra CHRISTI JESU; hinc Ecclesia que cœtus est fidelium, mythicum vocatur JESU CHRISTI corpus, quod non sane melius excipiendum est, quam verum corpus illius. Conscite ergo oculos in corpus hoc adorabile; illud videbitis undique vulneribus confectum; cur istud? nisi ut nos doceat, ut Patres inquit, ex omnibus Fidelibus, qui partem constituunt corporis sui mystici, neminem esse, cui deferenda non sint illius signata, & habenda pars passionum ejusdem; quoniam crux est inevitabilis, & nostrum est illam in optimum usum convertere.

Alterum documentum ex Vulneribus Salvatoris hauriendum intuentibus illa in glorioso ipsius corpore fulgentia, est, nos a Deo in tribulationibus, & arumnis nunquam derelinqui; quemadmodum nunquam suas relinquit plagas, ita nunquam eos relinquit, qui illa propter amorem illius sustinent: *Cum ipse sum in tribulatione.* Cum illo sum, qui in sua me diligit tribulatione. Quis enim sine illo, eam poterit sustinere; quis illi resistere? Amici vero adversis probantur. Nimis multi sunt qui suam utilitatem amici sunt; qui, ubi eorum opus indigemus, nos deserunt. Non ita de Filio Dei sentiendum est. Fidelis amicus est, qui nunquam nobis proprior est, quam cum nos pati intuetur. *Videte manus, & pedes.* (Haim. 90.) Videte perforatas manus illius, videte pedes: ideo retinuit plagas suas, easque, ut ita dicam, sibi incorporavit, ut certos nos faceret protectionis suæ, & ut præstaret fidem, qua nobis pollicitus est, se nunquam nos esse derelicturum. Profecto, quamvis sua illam rebus omnibus præsentem efficiet immensitas; adeo tamen magis peculiari modo illis, qui afflicti sunt; nam infinita eius bonitas, que accipitur occasione de nobis optime merendi, quo maiorem, urgentioremque nanciscitur in nostris miseris, illis officiosius operam laturus occurrit. Qui vidisset Danielem in lacum leonum projectum, vel pueros in Babylonis fornace, vel Joseph in carcere positum, nonne de illis jam actum esse putasset? Sed ibi adfuit Deus, & eos periculo liberavit. *Defendit cum Joseph in foveam, & in vinculis non dereliquit illum;* (Sap. 10.) & ut S. Ambrosius addit, ubi majus erat periculum, ibi majus præbuit auxilium.

Tertium, quod ex his plagis haurire possumus documentum, ubi illas divinitatis splendores coruscantes intuemur, est nihil animæ Christianæ esse honorificentius, nihil jucundius, nihil utilius, quam pati propter Dei gloriam. 1. Nihil honorificentius, seu quod J. C. desideravit passionem, easque adorabiles fecit, illas gestando impressas in sancta humanitate sua, ideoque divinæ suæ personæ inherentes; que quod per illas meritis est gloriam corporis sui, Resurrectionem, Ascensionem, sessionem ad dexteram Patris, & qualitatem Judicis supremi viventium, atque mortuorum; seu tandem qua in hoc totam Sanctorum gloriam collocavit. 2. Nihil hoc jucundius, recipiens enim in se plagas, & passionem, illis abstulit amaritudinem, effecitque ut inde manaret dulcedo. Hinc fit, quod paupertas, injuriarum venia, alique virtutes Evangelicæ, que olim erant adeo difficiles, in præsentiarum videantur deliciosè affluentes sanctis animabus, postquam JESUS illi tribuit exemplum, 3. Nihil utilius; in plagis enim JESU CHRISTI reperimus gratias ad salutem nostram necessarias, easque nobis applicamus perferentes quidquid ille nobis immitit in hac vita. *Ex tertio parte Meditationum Sacerdotis Novæ, de vita gloriosa J. C. super sermone.*

De

Paraphus I.

II. De pace, quam Salvator tribuit, & annuntiat Apostolis, & in eorum persona omnibus hominibus, ostendens suas plagas.

Ut assequamur incomparabilem felicitatem, quam Homini Salvator adferit mundo, illis pacem annuntians: supponendum est, quod a nemine vocatur in dubium, hominibus esse bellum contra tria inimicorum genera; bellum illis est cum Deo, quem suis læscit criminibus; inter sese bellum gerunt per mortales, quas fovet inimicitias; denique contra semetipsos per tumultum, atque rebellionem suarum cupiditatum. Ad hæc persuasum esse debet, bellum hoc semper nobis esse fœdissimum, si contra Deum fit; hoc enim est, inimicum habere bonorum omnium Auctorem, ideoque sibi constare malorum omnium cumulum. Bellum injustum, ac nefarium est irreconciliabilem habere inimicitiam cum proximo; & tandem intestinum, & maximum periculum est prælium, quod iugiter, & sine intermissione inferunt nobis invidite nostræ cupiditates. Homines ergo indigebant potenti patrono, qui nostram cum Deo pacem procuraret, potenti medio, quo cogentur invicem in gratiam reverti; potenti subsidio, quo contra suas cupiditates, quod quidem lævissimum, ac pernicissimum est bellorum omnium, succurrerent. Dico autem Mediatorem hunc esse Filium Dei refuscitatum, qui nobis pacem procurat cum triplici hoc inimicorum genere, idque vulnere suorum ministerio.

1. Nos Patri reconciliat, & adhibet hæc ora eloquentia, ut loquatur pro nobis, æternamque pacem nobis obtineat.

2. In his ipsis plagis excipit spiritus exacerbatos, & se invicem dissentientes.

3. Nos nobismet reconciliat; quandoquidem in Sanctis hisce vulneribus operam nanciscimur necessariam in periculosos tentationibus. Ut hoc clarius fiat, assignemus vulneribus singulis officium suum in felici hæc pacis reconciliatione. Cogitemus plagas manuum tamquam pacis hujus pigoara; quoniam perforatas hæc manum propter amorem nostrum attollit, ut fleat Patris iracundiam. Intueamur lateris vulnus tamquam vinculum, nodumque pacis cum proximo nostro; quandoquidem testatur Apostolus; JESUM nos omnes in suo corde conjungere. Conjugiamus tandem ad pedum plagas, tamquam pacis asylum pro nobis; in omnibus demonis, atque inimicorum nostræ salutis incurfibus. *Hæc pars est Auctoris sermonum in omnia argumenta. In Mystici serm. 12.*

III. Quandoquidem J. C. suas nobis aperit plagas, & ut ibi maneamus, invitæ, ope illius tria nobis adificanda sunt Tabernacula non quidem in Thabor, sed in Calvario secundum S. Bonaventuræ (in *sermone de Divina amoris 6. 4.*) mentem, consiliumque.

Primum erit in vulneribus pedum ejus, ubi meditemur omnes dolores, quos sustinuit, & consideremus omnes gressus illius, ut in Cæli via progredi deeamus. Alterum erit in vulneribus manuum, ubi attentius recogitabimus omnia opera nostra, & quid fecerit pro nobis J. C. & quam parum nos propter illum faciamus. Tertium, postremum, & latius in vulnere cordis, ubi indefinenter contemplerur immensam caritatem quam nobis J. C. testatur esse, offerens se ad omnia facienda, & patienda, ut nos redimeret.

IV. In eadem sententiam, eademque S. Bonaventuræ partitionem.

1. In sacris Pedum J. C. vulneribus querere possumus eum Magdalenam veniam peccatorum nostrorum.

2. In plagis manuum majorem illius gloriam, quam illi procurare tenemur ardenti zelo, cum Apostolis per virtutum praxim, quomodo Sancti omnes fecerunt.

3. In vulnere lateris transformari debemus in ipsum, conformantes nos divinæ ipsius voluntati, & facti veluti totidem homines secundum cor Dei.

V. Ad nostram utilitatem Dei Filium post Resurrectionem gloriosa sua vulnera retinuit, & sicut illa ostendit Apostolis suis, ut eos confirmaret in fide, ostendit hodierna quoque die.

1. Oculis Patris sui ad illius iram flestantem, quam nobismet conflavimus, & consilium adhuc quotidie per scelera que patramus; illi quodammodo in memoriam revocans, se iustitiam ipsius satisfecisse, & ostendens signa malorum, que ad id passus est.

2. Ea sibi ipsis repræsentat, ut meminerit amoris erga nos sui, & causæ, propter quam illa passus est, quod inflammat ardentem caritatem, quam nobis in terris testatur esse, & que in Cælo non est imminuta.

3. Illa etiam peccatoribus omnibus exhibet ad auferendam illis de salute ipsorum dissentiam, eisque ostendam voluntatem, quam Deus habuit prædestinandi illos ad gloriam, æternamque beatitudinem. *Binas in Dominicum in Albis.*

VI. De conscientia in Dei misericordiam, quam cogitatio, & adspæctus Plagarum Salvatoris nobis debet immittere, *Monitum Bibl. Conc. Theol. de Myser. Tom. II.*

supponendum est duo esse, quæ aliquem statuerent possunt obicem amantissimæ huic confidentiæ, ut confirmetur contra timorem immodicum, quem in nobis ciere potest magnitudo peccatorum nostrorum, & nostræ salutis incertitudo: hæc sunt veluti duo cordis nostri vulnera, que curanda sunt adspæctum Vulnerum Salvatoris.

1. Uti debemus cogitatione Vulnerum Filii Dei ad nosmet confirmandos contra immodicum terrorem, quem nobis incutere potest multitudo, & magnitudo scelerum nostrorum; quia Plagæ istæ nobis in mentem revocare debent quid Deus passus fuerit ad nobis veniam promerendam, & assequendam.

2. Harum Plagarum adspæctus mulcere debet tumultus, quos ciere potest incertitudo salutis nostræ, ubi consideremus Plagas illius notas esse, & argumenta sinceræ voluntatis, qua nos salvos facere voluit &c.

3. Tamquam dolorosa, & cruenta meruerunt, & operata sunt nostram salutem.

4. Tamquam gloriosa in Cælo pro nobis intercedunt, nobisque obtinent gratias, & necessaria ad salutem nostram subsidia.

Vulnera Filii Dei nostra curant. Ad hoc enucleandum, memoria repetendum est nos peculiariter tria recepisse Vulnera, que sunt veluti effectus peccati primi parentis, que peccata propria auferunt, atque exasperaverunt; videlicet infidelitatem in mente; caritatis remissionem in voluntate, & in appetitu propensionem ad sequendas inconditas nostras cupiditates. Hæc sunt Plagæ, vel morbi, qui animas ad æternam mortem perducunt; sed quibus tria reperimus valida remedia in Vulneribus Salvatoris.

1. Cum Dei Vulnera confirmantur Apostolis in fide resurrectionis magistri sui, confirmare debent spiritum nostrum in hoc articulo, qui est fundamentum omnium veritatum, que respiciunt personam huius hominis-Dei.

2. Sunt præsens remedium contra terrorem cordis nostri, quia possunt illud inflammare in amore Salvatoris, qui hæc recepit Plagas propter amorem. *O vulnera corda facta vulnerantia, & postea adamantina liquescientia,* exclamat Sanctus Bonaventura.

Filius Dei retinuit, & servavit Plagas suas in Cælo propter eodem fines, pro quibus illas recepit in Cruce.

1. Ut satisfaceret iustitiæ Patris, ut nobis veniam mereretur: ita Patri illas in Cælo præsentat, ut intercedat pro nobis.

2. Ut nobis aditum in Cælum aperiret, quo ingressus est, postquam illa perpeffus est. Ideo Sancti Patres dicunt illas esse Cæli portas, & neminem sperare posse se in illas ingressurum, nisi patiendo, & vim sibi inferendo.

3. Ut nos edoceret, opus esse, ut in hoc simile simus ipsi; si volumus illi similes esse in gloria.

Sancti Patres atque inter ceteros Sanctus Ambrosius J. C. vulnera vocat *ora ubi quiescit, que illius*

1. In nos amorem annuntians; quod enim majus amoris erga nos sui relinquere poterat argumentum?

2. Nos tuerentur, & coram Dei Throno causam nostram perorant.

3. Sed potissimum nostrum nobis exprobrant ingratum animi vitium, ac nostram stupiditatem.

Vulnera J. C. sunt certa prædestinationis nostræ pigoara; tres enim sunt voluntates, a quibus pendet successus maximi huius negotii, videlicet voluntas Dei, qui statuit illam, voluntas Salvatoris, qui offert sanguinem mortemque suam ad illius procurandam executionem; ac tandem voluntas hominis, qui illi debet cooperari.

Sed 1. Certi sumus primæ voluntatis, que Patris æterni est, ad adspæctum Vulnerum Filii sui, & ipsum velle efficaci voluntate nos salvos facere; quoniam dedit nobis J. C. qui peccata nostra deleret, nobisque gratiam suam mereretur.

2. Respondere possum de voluntate Salvatoris, quem scio mihi applicare velle sanguinem suum; quoniam illi nihil antiquius est, quam hominum salus; quia non nisi hunc in finem venit in mundum, & mortuus est; & præterea quia eorum salus est laborum ipsius remuneratio, & ponarum suarum consolatio.

3. Restat unica voluntas mea; & de una hæc respondere non possum; incertus enim sum, utrum futurum sit, ut ego velim efficienter salutem meam, & utrum vere converterar ad Deum: Ex parte nostra non possumus esse certi nostræ fidelitatis, & cooperationis; sed confugiamus ad Vulnera Salvatoris, figamus infidelitatem, & inconstantiam voluntatis nostræ clavibus pedum, & manuum Domini; ita confirmabimur in timore, quem nobis parere possunt peccata nostra, & nostræ salutis incertitudo. *Binas in sermone pro Dominica in Albis.*

In hæc verba Prophetae Isaia: *Hauriens aquas in gaudio de fontibus Salvatoris;* Ostendere possumus Plagas Salvatoris vere fontes esse.

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.

XII.

te apertum est lacus meum, & nihilominus mordicus inhaerens obiectis, quae tibi veritatem in lege, illuc ingredi detestasti: Nec tamen intrare voluisti. Scito cor istud, & has manus tibi in aeternum clausum iri, & tamen nonnisi hac tranfuit tibi patere posse cum iustis ad gloriam. Hac pectus Domini. Jussi intrabant in eam. (Psal. 217.)

PARAGRAPHUS IV.

Loc. & Sententia Sanctorum Patrum hujus Argumenti.

PROUIT CHRISTUS sine ulla cicatrice resurgere, sed habere voluit, unde nutantes columnas, Apolos, firmaret. Augustinus in Psalm. 74.

Terruerunt Apostolos vulnera Christi, firmaverunt cicatrices. Idem ibidem.

Unus militum lancea lacus ejus aperuit, ut illic quodammodo vita offium panderet, unde Sacramenta Ecclesiae manerunt, sine quibus ad vitam non intratur. Idem. Tract. 120. in Joann.

De latere Domini pendenti, & morienti in ligno, postquam est lancea perforatum, aqua, sanguisque profuxit; in uno est mundatio tua, in altero redemptio tua. Idem ferm. 117. de diversis.

Concedite, ait Dominus, intrare per angustam portam; quid angustius illo foramine, quod unus ex ministris, precuendo lacus Christi aperuit? Idem de tempore.

Inspicite vulnera pendenti, sanguinem morientis, pretium redemptionis. Idem lib. de Virginit.

Quomodo Eva facta est ex latere Ada dormientis, ita etiam Ecclesia formatur ex latere Christi in cruce pendenti. Idem de Sybol. ad Catech.

Ecce in manibus suis Dominus Deus descripsit me: lege ipsum scripsit, & salva me. Idem vel alius Auctor in Soliloquiis.

In omnibus adversitatibus non inveni tam efficax remedium, quam vulnera Christi; in illis dormio securus, & requiesco inrepidus. Idem vel alius in manuali cap. 22.

Tua, & firma requies est infirmis, & peccatoribus in vulneribus Salvatoris: securus illis habito, patens mihi viscera per vulnera. Idem ibidem.

Quidquid ex me mihi desit, usurpo mihi ex vulneribus Domini mei. Idem ibidem.

Quoniam misericordia affluunt, non desunt foramina, per qua effluunt. Idem ibidem.

Per Foramina corporis patet mihi arcanum mentis, patet magnum plebitis Sacramentum, patens viscera misericordia Dei mei, in quibus visceravit nos Oriens ex alto. Idem ibidem.

Vulnera Domini nostri JESU CHRISTI plena sunt misericordia, plena pietate, plena dulcedine, plena caritate. Ibidem.

Per has rimas licet mihi gustare, quam suavis est Deus meus. Idem ibidem.

Capis redemptio data est nobis in vulneribus Salvatoris nostri, magna multitudo dulcedinis, plenitudo gratiae, & perfectio salutis. Ibidem.

Cum me pulsar aliquis turpis cogitatio, recurro ad vulnera Christi. Idem ibidem cap. 22.

Vulnera suscepta pro nobis in Calo inferre maluit, abolere noluit, ut Deo Patri preta libertatis ostenderet. Ambros. lib. 10. in Lucam.

Ista Cicatrix, nempe lateris Christi, qua Calum aperit, regnum adquiret, immortalitatem inventi. Idem in Psalm. 77. Opendit manus, & pedes; ostensione vulnerum, vulnus amovit. Petrus Blesensis.

Quid verba damus? loquentiora sunt vulnera. Ambros. libro de Jacob, & vita beata cap. 4.

Vulnus est, quod Christus excepit, sed unguentum est, quod effudit. Ambros. in Psalm. 118.

Ex illo incurrupto licet corpore, sed defuncto, omnium vita manabat: aqua enim, & sanguis exivit, illa qua diluat, iste qui redimat. Idem lib. 10. in Joannem.

Ipsa fecit testimonium sui corporis, qua sua fuerant consummilla passio. Chrylog. ferm. 18.

CHRISTUS servavit vulnera, ut appareat vultus Dei pro nobis, & ut semper reserata in corpore plaga salutis humanis extaretur. Idem ibidem.

CHRISTUS servavit vulnera, ut apparet vultus Dei pro nobis, & ut semper reserata in corpore plaga salutis humanis extaretur. Idem ibidem.

CHRISTUS servavit vulnera, ut apparet vultus Dei pro nobis, & ut semper reserata in corpore plaga salutis humanis extaretur. Idem ibidem.

CHRISTUS servavit vulnera, ut apparet vultus Dei pro nobis, & ut semper reserata in corpore plaga salutis humanis extaretur. Idem ibidem.

Propterea vulneratum est cor Christi, ut per vulnus visibile, vulnus amoris invisibile videremus. Sanctus Bernardus de Passionibus.

Ad hoc perforatum est lacus tuum, ut nobis ad te pateat introitus. O quam bonum, & quam suavissimum habitare in corde tuo! Idem ibidem cap. 3.

Quis illud cor tam vulneratum non diligit, quis tam amantem non redimat? Idem, ibidem cap. 3.

Ad te domo, quia pro te pascit; vide claros, quibus confodit, cumque rancius sit dolor exterior, interior est plangitibus gaudior, cum te ingratum exterior. Idem in fermontibus.

Vulnera hic loquuntur pro me, quia diligo te. Idem.

Quid ni viscera per vulnera pateant, in quo enim clarior patet, quam in vulneribus suis, quod tu Domine suavis es, & mitis, & multa misericordia? Idem ferm. 61. in Cantic.

Vulnera sunt opinio virtutis insuperabilis sine assertore praenium propria lingua virtutis. Cassiodorus lib. 8. Variar. cap. 10.

Doles Dominus, non sua vulnera, sed mea. Ambros. in Matth.

Cur addis afflictionem afflictis? Magis gravans me vulnera peccati sui, quam vulnera corporis mei. Bernardus in Floribus.

Ubi tua firmata infirmis securitas, & requies, nisi in Vulneribus Salvatoris? Illic securior habitus, nempe vulneratus est ad salvandum. Idem ferm. 71. in Cantic.

Erant Mundus; & premis corpus; diaboli insidiatum, non oado: fundatus enim sum supra firmam petram. Idem ibidem.

Peccati poenitentiam gratiae, turbatur conscientia, sed non perturbatur: quoniam vulnerum recordabor, nempe vulneratus est propter iniquitates nostras. Idem ibidem.

Patet arcanum cordis per firmam corporis, patet magnum illud pietatis sacramentum, patens viscera misericordia, in quibus visceravit nos Oriens ex alto. Idem ibidem.

Vulneratur lancea furoris, qui prius vulneratus fuit lancea Amoris. Idem de Pass. cap. 2.

O amantissima vulnera Domini nostri J. C. S. Bonaventura part. 1. Stimuli Divini amoris.

O excitas filiorum Ada, qui per has vulnera in CHRISTUM nesciunt introire. Idem ibidem.

Nolo vivere sine vulnere, quia te video vulneratum. Idem in Meditat. de Passione CHRISTI.

Agnosco o homo, quam gravis sunt vulnera, pro quibus necesse est Dominum CHRISTUM vulnerari. Bernard. ferm. 3. de nativitate.

Plagarum cicatrices ideo in corpore suo retinet, & servavit, ut vultus suus semper loquatur illis quasi linguis. Rupertus Abbas lib. 12. de Vict. virt.

Unus sacrum peccatis non emollit vulnere Salvatoris? Laurent. Justinian. lib. de Casto Matrimonio.

Teles, & lacus perforari sibi tulit, & se mihi totum aperuit, ut ingrediatur in locum tabernaculi admirabilis. Guerricus Abbas.

Tua habitatio, turrisque fortitudinis CHRISTI Domini Vulneribus immorari. Idem.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia fontibus hauriri possit in hoc argumento.

OMNES actiones Filii Dei sunt opera nostrae redemptionis; cum enim omnes simul & singulae sint pretii infiniti propter personae excellentiam, ne una quidem est, quae possit non esse causa nostrae salutis. Tamen JESU CHRISTI Vulneribus adest nescio quid peculiare, quo fit, ut illa nostrae salutis opus nuncupemus: quia extremam adjiciunt perfectionem praecedentibus meritis totius vite suae. Non ille redimere poterat unica cruoris fusa, unico gressu, unico obtutu; verum ut ostenderet thesauros bonitatis suae addere voluit tamquam cumulum actiones omnes, & passiones vite suae, recipiens hac Vulnera, quae obfigurant quodammodo vetera merita, quia fuerunt causa proxima, & immediata mortis suae; quapropter ille non dixit, consummaturum est nisi postquam plagas accepit, quasi dixisset nunc vere exhaurivi fontem meritorum meorum pro salute hominum, & per Vulnera mea effudi sanguinem, qui fuit pretium redemptionis animarum secundum ordinem, & beneplacitum Patris mei. Ita docet S. Thomas hac de causa tribui posse justificationem JESU CHRISTO opus nostrae redemptionis modo quodam ex operis ipsius natura petito, ut ipse loquitur; quia aequum est, ut quicumque moritur pro alio, fit Salvator vite illius, quo opus obicit suam.

Aequum erat, D. Thomas ait, ut anima JESU CHRISTI in Resurrectione Corporis sui illud reciperet cum Cicatricebus, quae in illo remanserant in hiatu pedum, manuum, & lateris, quod docet Evangelicum, cum Salvator

J. CHRISTI Plaga sunt opus redemptionis nostrae.

Salvatoris Vulnera manent aperta, neque clauduntur; ut illa, quae in nobis curantur.

Plaga J. C. hauriri poterat tamquam curantur, & dolores & tanquam gloriose.

Rationes propterque debent, ut Salvator reciperet cicatrices.

apparens in medio Apostolorum, iussit Sanctus Thomam digitum inferre in hiatum lateris, manuumque suarum; quod plurimis sanctorum aequitatis rationibus; quarum prima est, ut JESU CHRISTUS haberet notam aliquam victoriae suae, atque triumphae de morte, & de inferis relati; itaque nequaquam dicendum est illum non potuisse perfecte curare Vulnera sua, eaque ita claudere, ut nulla cicatrix, nullumque vestigium superesset; sed ipsum ita voluisse, ut aeternum existeret monumentum quanti steterit sibi vincere adeo validos gloriae suae, salutisque nostrae inimicos. Ratio altera est, ut confirmaret cor discipulorum suorum in fide Resurrectionis suae, postquam recognovissent hoc ipsum corpus per Vulnera, quae in cruce receperat; hinc factum est, quod S. Thomas non viderit solum has cicatrices, verum etiam tetigerit pro se, & pro aliis, & exclamaverit, Dominus meus, & Deus meus! Ratio tertia, ut semper praesentem redderet in oculis aeterni Patris memoriam supplicii, quod dilectus Filius suus passus est pro nostra redemptione, jugiter illum urgens pro nobis, ostendens Vulnera sua, quae sunt tamquam totidem ora pro nobis loquentia. Quarta, ut conciperemus excessum, & magnitudinem misericordiae suae, ipsi nobis ostendens praecleara vestigia eorum cruciatum, quos propter amorem nostrum passus est. Novissima denique, ut in extremi iudicii die, secundum Sancti Augustini sententiam, ostenderet illos iure merito flammis aeternis addicendum iri, ob eorum oculos obiectis Plagas Corpori suo iniustas per peccata, quorum poenitentiam agere noluerunt.

Veritas est, de qua ante cetera contentiendum est, ad eruditionem, & consolationem, quam ex hoc argumento percipere possumus; Vulnera, quae Dei Filius ostendit Apostolis post gloriosam Resurrectionem suam, vera fuisse Vulnera, non autem solum apparentia, quod Haeretici nonnulli falso jactabant: verum, inquam, fuerunt, & talia, qualia permanerant in facro illius corpore resuscitato, & glorioso, & qualia ibi in aeternum permanebunt. Hoc pacto locuti sunt Sancti Patres, quos Suarez magno recenset in numero. Ratio autem, quam tribunt Theologi, est, quod cum Salvator illas retineret, atque ostenderit in testimonium, & argumentum Resurrectionis Corporis sui, quod positum fuerat in sepulcro, veritas esse debebant, quemadmodum vera erat eadem Resurrectio, & Tertullianus censuit rationem hanc adeo validam esse, ut inde contra Marcionem Haeticum arguat veritatem dominicae Resurrectionis ex veritate Vulnerum, quae mortis J. C. causa fuerunt. Si CHRISTI vera caro non fuit, aut ille, vera consenserit non fuerant ejus Vulnera; quod si autem Vulnera ipsius non fuisse vera, nostra quoque cum Deo pax, & reconciliatio vera non fuit; falsa est igitur, & fides nostra, & phantasma est totum, quod speramus a CHRISTO.

Veritas quoque est, quam quovis tempore docuit Ecclesia, Salvatorem retinere adhuc in Calo notas, & insignia Vulnerum quinque sacrati Corporis sui in manibus, pedibus, & lateris; nam quavis ex Sacris Bibliis non constet nisi ipsum illa retinuisse post Resurrectionem suam in duabus apparitionibus quas habuit ad Apostolos suos, alteram ipsa illa, quae refluxit die, cum illis ostendit manus pedesque suos, & permittit illis, ut tangerent, atque attraherent; alteram vero post dies octo, quae die S. Thomae, qui priori nequaquam interfuert, per eadum Plagas a sua incredulitate convulvit: nihilominus perpetua traditio ne de saeculo in saeculum, & testimonium Sanctorum Patrum accepimus, ipsum illa in Calo retinuisse, ac semper retenturum esse, eaque extremi iudicii die hominibus esse ostensurum. Vulnera suscepta pro nobis Calo inferre maluit, abolere noluit, ut Deo Patri preta libertatis ostenderet. (L. 10. in c. 24. Luca.) Sanctus Ambrosius ait.

Præterea constat Plagas has nunquam clausas fuisse, & rimas, quae factae fuerant per clavos & lanceam mansisse; quoniam licuit S. Thomae inferre digitos per medias manus, & pedes, ac manum in lacus inferre: ex quo discimus haec cicatrices non esse illis similes quae passim remanent, postquam aliquis pugione, vel alia qualibet re, carnem perforante, fuit vulneratus: Vulnera enim nunquam curantur, nisi tollatur rima, & caro divisa iterum coalescat. Quapropter miraculum fuit divinae potentiae, & Vulnera rimas permanere, ut melius agnosceretur Vulnerum magnitudo, quandoquidem dignus hominis pertransire potuit per manum, pedumque Plagas, & manus inferri potuit in lacus faucium.

Hoc in argumento praetermittendum non est, Vulnera JESU CHRISTI duplici in statu posse considerari; In priori tamquam cruenta, ac dolorosa, cum illa in cruce recepit; in altero autem tamquam in Calo gloriosa, ubi illa reservavit propter rationes, quae supra ex Patribus, atque Theologis allatae sunt. In duplici hoc statu dicere possumus, illis duplex fuisse manus habita ratione salutis nostrae; primo enim in statu, quatenus dolorosa nostram merita sunt redemptionem eo in sensu, quem explicuimus:

omnes videlicet labores vite illius respexisse mortem ejus, & Vulnera tamquam complementum, & consummationem meritorum suorum, & ita illa procurasse, & operata fuisse nostram salutem, nec non promeruisse nobis omnes gratias, atque ad id necessaria subsidia; in Calo autem quatenus gloriosa, nobis fructum applicare: quandoquidem Salvator illis utitur tamquam totidem oribus eloquentibus ad obtinenda necessaria ad nos salvandos subsidia; ita ut per has plagas quatenus dolorosas nosser fit Redemptor, ut per easdem quatenus gloriosas nosser fit Mediator, qui illas opponit iuxta ultioni, quam Deus lesus fure suo de fœcleribus nostris posset repetere.

Passim Patres testimonio S. Pauli inhaerentes docent, Salvatore in Calo praesentare ob oculos Patris aeterni Plagas, ad mulcendam illius iram, & fleendam misericordiam, nostrique Mediatoris apud eum munus obeundum. Ad hoc illi ostendit Vulnera, quae recepit in cruce, & quae post resurrectionem retinuit tamquam pignora nostrae reconciliationis. Vulnera suscepta, S. Ambros. (in Luc. c. 14.) ait, pro nobis in Calum inferre maluit, abolere noluit, ut Deo Patri nostra preta libertatis ostenderet. Quamobrem dilectus discipulus inquit: Filii mei hac scribo vobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem J. C. iustum; & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius Mundi. (1. Joann. 2.)

Theologi quarunt quomodo, & in quo consistat hoc officium Advocati, quod JESU CHRISTUS exercet pro nobis in Calo? Dicunt nonnulli ipsum quidem nonungi hodie munere per formales sollicitationes; quae supplicii qualitatis indigna est eo statu in quo est, eaque dignitate, quam possidet; illi tamen preces tribunt interpretativas, eo quod ostendit aeterno Patri Vulnera, quae pro hominibus reulit, eique jus exhibet, quod habet ad illos salvandos. Alii vero probabilius docent, ipsum ad id duplex adhibere vocis genus; scilicet illam oris sui, quemadmodum facere consueverat, cum in terris veraretur, & illam Vulnerum suorum, quae carnicifera intulerunt illi, & quae hac de causa a Sanctis Patribus totidem eloquentia nuncupantur ora pro Peccatoribus perorata: Tot ora, quot Vulnera. (S. Ambros. in Lucam loco supra memorato.) Videri peccata, quae patravimus, accusare nos coram Divina Justitia, & non aliud habens quod pro nobis afferat, illam obsecrat pro vulnera, quae accepit pro ipsis quidem gloria, nostra autem salute, & per manifesta haec, aeternaque fidelitatis suae, & obedientiae monumenta Deum obsecrat, ut nobis parcere velit.

Sanctae Salvatoris Plaga rivus sunt, per quem omnes gratiae derivant in homines; videlicet omnia dona, omnes favores, omnia bona, quae Deus nobis confert, fluunt a Vulneribus ejus tamquam ex fonte, & per illa transfere debent, ut ad nos usque descendant. Hoc docet S. Thomas in verbis: Omnia dona gratiae effectus sunt, & gratia Vulnerum, & meritorum CHRISTI. Et docet Theologia hoc unum esse ex illis discrimenibus, quae occurrunt inter gratias, quae in innocentie statu concedebantur, & quae, quae post primum hominis peccatum recipimus, quod prima illa immediate fluebant a Deo, & ut ita dicam a manibus ipsius plenis deliciarum, cum in terrestri Paradiso darentur; altera vero nobis conferuntur per manus Salvatoris, & Mediatoris propter salutem nostram perforatas.

Diximus jam cum S. Augustino, alique nonnulli Patribus Dei Filium peperisse Ecclesiam, & omnes Christianos ad gratiam per lateris vulnus, quemadmodum Eva educta fuit de femore Adam. Non deest tamen difficultas, quomodo fieri potest, ut hac plaga cordis Domini confluere poterit ad nostram adoptionem, gratiam, reconciliationem, quandoquidem Salvator mortuus erat, cum lancea fuit vulneratus; ideoque non erat in statu in quo mereri posset, quia merendi tempus eundem finem habet, quem vita. Sed cum eruditissimis Theologis respondere possumus, Salvatore cum adhuc viveret, scientem sibi post mortem lancea latus esse transverberandum, & id cognitum ipsius cordis quoddam veluti sacrificium posthumum (absque invidia verbo) & per Patris acceptationem factum fuisse, ut hac oblato pro residuum voluntatis JESU CHRISTI mererit, & hoc pacto nonnulli ad nostrae adoptionis gratiam contulerit.

Salutis nostrae incertitudo potest nobis diffidentiam sensum, & ingerere; nescimus enim, quid de nobis decreverit Deus, utrum per justitiam suam nos perdere, an per misericordiam suam nobis parcere constituerit. Hoc est mysterium absconditum, ac tenebris involutum, atque incertum; hominum praedestinatio atque reprobatio. Namque si Deum scimus esse Misericordem, scimus quoque Justum esse, & si in praedestinatum albo recensuit nonnullos, qui jam per antecessorem in infernum pedem intulerant; inter reprobos retulit in crimum penam nonnullos eorum, qui jam iam in Calum pedem intulisse videbantur. Verum JESU CHRISTI Plagas meditantibus, possumus mulcere timores nostros, non enim latet quem in finem eas retinet in statu gloriae suae. Vultis ergo cognoscere qualiter adfectum sit Cor JE-

Salvator in Calo fuit reituit plagas ut Advocati nostri fungamur officio.

Qua in re fuit officium Advocati? Quod nobis exercet in Calo.

Ex vulneribus Salvatoris tamquam a fonte in nos gratiae omnes emanant.

Quomodo plaga lateris J. C. qua mortuus recitavit contulit nostrae & Ecclesiae salutari.

Quomodo non debent contra salutem nostram incertitudinem.

terra: Alii facras hae Plagas considerant tamquam immortalia trophaea amoris sui erga homines, qui aeternum insularunt gloriam triumphii sui; sed dicimus has Salvatoris Plagas fuisse tamquam fontes luminum non solum pro S. Thoma, inquit S. Gregorius, sed pro Ecclesia universa: nam simul ac JESUS CHRISTUS Apostoli hujus dubitationes dissipavit, nullum reliquit locum fidei nostrae dubitationi. *Quia dum ille ad fidem palpario redierit, nostra mens omni dubitatione postea in fide solidatur.* Ex Speciminibus Sermonum pro Adventu. Sermon de S. Thoma.

Vulnera J. C. sunt fontes gratiae.

Hauritis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Psal. 37. Si nosse vultis, ubi sint hi vitae fontes, ne alibi quaratis illos nisi in Vulneribus JESU CHRISTI. Lancea, quae aperuit sacrum JESU CHRISTI latus, eiecit aquam, & sanguinem, fontes omnium Sacramentorum Ecclesiae, & Propheta nobis est auctor, ut ex his vitae fontibus hauriamus, hauritis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Hi sunt fontes omnium gratiarum, quae per sacros illos hiatus effluunt, ut Sanctus Augustinus, & Sanctus Bernardus inquirunt, & quae sese uberrimè effundunt, ita ut in ipso fonte valeant hauriri. Verum si scire vultis quomodo accedere valeatis, ut inveniatis, & gustetis caelestes hos liquores, memento illos hauriendos esse cum gaudio. *Hauritis cum gaudio, hoc est cum hac divina voluptate, quae procedit ex viva fide, firmaque spe, & ardenti caritate.* Accedite, vel potius currite cum ardore, ac siti, quae similis sit siti Cervi, qui, ut loquitur Propheta, sitiens & e manibus venatorum fugiens sese illac conjicit quo aquae decurrunt. *Quemadmodum desiderat Cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. (Psal. 42.)* Ab aquae viventis fontibus sitim relevabimus, sed refrigerabimus ardorem nostrarum cupiditatum. Hi fontes sunt aqua salutis in vitam aeternam. (Joan. 4.) Sed scitis verum hoc gaudium non nisi in altera vita perfecte gustari posse. In beata aeternitate haurietis ex Vulneribus Salvatoris delicias proflus puras, & voluptates, quae omnimodam menti vestrae oblectationem praestabunt. Verum quidem est, haec Vulnera efficere, ut animae sanctae magnis superfundantur delictis: sed cogitate, gratias quae inde emanant gustandas esse in ipso fonte, & alyeo, per quem fluunt, ideoque efficere debere impressionem doloris, qui in vobis cieat sensum, & commiserationem harum Plagarum, quas amantissimus Salvator propter amorem nostri perpessus est. *Auctor recens.*

Vulnera Salvatoris hauriuntur.

Pax vobis ego sum: videte manus meas, & pedes. Luc. 24. JESU CHRISTI Vulnera nobis attulerunt beata nuntia pacis Deum inter, & homines eodem tempore quo divinus Salvator victor mortis ostendit se discipulis suis post gloriosam resurrectionem suam, & dixit eis haec amantissima verba: Pax vobis, ostendit illis Plagas suas, quasi vellet innere, si pax quam vobis annuntio, vos afficit gaudio, gratias agite Vulneribus, quae vobis aperio: His enim debitis estis. In Apostolorum persona haec dirigit verba omnibus hominibus; quoniam iustitia, & pax, quae adeo sibi invicem videbantur oppositae, aeternum percussere laedus in Plagis ipsius, & in igitur perfectae contentionis se manserunt. *Salvatoris tunc.* Vulnera satisfecere iustitiae, & nobis reliquerunt pacem, atque misericordiam: Pax vobis. Quod non significat solum secundum communem salutandam morem apud Iudaeos: Vobis omnia cupio bona, quia pax bonorum omnium est maximum; sed vobis annuntio, & largior hanc pacem, dicens illam jam fancitam fuisse inter Deum, & vos; & deinceps vos hac pace esse perfruituros. *Idem.*

De aperto J. C. latere prodit veritas hominum vita, cuius fons sunt Sacramenta.

Unus militum latus ejus aperuit. Joan. 18. Sanctus Augustinus in hac verba animadvertit, S. Joannem non dicere militem percussisse, aut vulnerasse, sed aperuisse latus Filii Dei. *Aperuit, ut illud quodammodo ostium panderetur, unde de Sacramenta Ecclesiae manaverunt, sine quibus ad vitam, quae vere est vita, non intratur.* (S. August. erat. 120. in Joann. S. Ambros. 1. 10. in Luc.) Ut innuat hunc militem aliquid amplius fecisse, quam vulnerare latus Salvatoris; videlicet illud vulgandam, aperuisse vitam janam, per quam effluerunt Ecclesiae Sacramenta, & sine qua ad veram vitam non patet aditus. Sanctus Ambrosius in eadem sententia, ait, etiam si sanguis, qui ex Salvatoris latere effluxit, verus sanguis extiterit, hoc tamen non sine miraculo factum fuisse; sanguis enim post mortem in venis adstringitur gelu propter frigus, quod vitali calori succedit: *Ex illo incorrupto licet corpore, sed defuncto, omnium vitam manabat.* Hoc accidit, quia ex hoc corpore immati quidem a corruptione, sed mortuo, manare debebat omnium hominum vita designata per hanc aquam, & sanguinem; alteram quidem, qua nos ablueret, alteram vero, quo redimeret. Per aquam enim representatur Baptismus, qui est ingressus, & primus omnium Sacramentorum; & per sanguinem Eucharistia, quae finis est, & extremum illud, ad quod cetera referuntur.

De dolore J. C. propter Vulnera.

Foderant manus meas, & pedes meos, & dimiserunt omnia ossa mea. Psalm. 21. Dolor, quem expertus est JESUS CHRISTUS in Vulneribus suis, maximus fuit, aequè dubitandum est, primum propter locum ubi vulneratus fuit;

manus enim, & pedes partes sunt nervorum plenae, ideoque extremum sensum habentes; & clavi carumque Lancinae, venas perforarunt, fregerunt nervos, aequè arterias, non sine maximis convulsionibus. Deinde extremus fuit dolor, propter vim, quam exercuerunt carnes in corpus illius, illud summo conatu trahentes, ut manus, pedesque producerentur ita ut pervenirent ad crucis foramina, quae preparaverant. Dolor, quo afflictebatur in omnibus membris suis ita extensus, atque laxatus, similis erat dolori equulei, immo toto Caelo major; nam ita erat extensa, ut singillatim numerari possent omnia peccatoris ossa, & corporis totius, quomodo narrat Propheta, qui haec in spiritu viderat. Tertio quemadmodum pondus corporis in equoleo positi efficit, ut dolor augeatur, ac tandem intolerabilis fiat: ita JESUS CHRISTUS cruci confixus, & non nisi Vulneribus suis innixus, sentiebat cruciatum suos in singula momenta augeri; carnes, & venas iterum Lancinari, cum propter corporis sui gravitatem venae, aequè arteriae confingerentur. Adde jugem omnium luxationem, quae accedens ad aliorum cruciatum rigorem efficiebat ut dolor J. C. ad excessum pertingeret.

Ingradera in parvam, & ascendere in fossa humi, a facie vestris Domini. Hila 2. Fortasse sentiens conscientiam suam criminibus obrutam, magis times iustitiam, quam sperare audeas in Dei tui misericordia, sed excipe Isaac Prophetae consilium: *Ingradera in parvam &c.* Quae autem haec Petra est, nisi JESUS CHRISTUS, Petra autem erit CHRISTUS. Ingredere igitur in hanc petram, delictate in profunditate hujus fontis: facili latus ejus, & iatus estis. Augustinus S. Augustinus: *Peccatori peccatum grande, & multum suum mihi confectus delictorum, nec tamen sic despero, clavi, & lancea clamant mihi, quod vero reconciliatus sum CHRISTO, si cum amaverit.* (1. ad Cor. 10. Ex Manuali c. 23.) Habeamus pro generali canone eulatum illud Doctoris Seraphici S. Bonaventurae: Si vultis, divinum misericordiam flecti erga vos, gestate in corde vestro Vulnera JESU CHRISTI, & illius sanguine perlui volmet Patri ejus offerre: *Neque enim potest si Deus negare sanguine CHRISTI perfuso.* (P. 3. Stimuli cap. 12.) Ne dubites mentem JESU CHRISTI retinentis Plagas suas fuisse ibi preparandi tibi mansionem, ut sicut sponsa fecerat manum, & pedem ejus in caverna lateris fuit: *In foraminibus petrae, in cavernis macera.* (Cant. 2. in Manuali cap. 21.) O quam juvanda, ac tuta est ista mansio! *Tuta & firma est requies in Vulneribus Salvatoris.* Securus illic habito, dicebat S. Augustinus. Si ex me quaeris in quo proprie sita sit haec mansio in Vulneribus Salvatoris, respondebo, cum sit spiritualis, sitam esse in actibus trium facultatum animae nostrae, intellectus videlicet, voluntatis, & memoriae. Intellectus nosster illic habitat, ut S. Bernardus ait: *Ideo audit sponsa, columba mea in foraminibus petrae quod in CHRISTO Vulnera rota devotio vestra, & iusti cogitationis morum in illis. Voluntas illic habitat per actus amoris, & gaudii; si ardentem amamus illum, qui recipit ea, & adhuc retinet propter amorem nostri, quemadmodum valgo dicitur, anima ibi magis est ubi amat, quam ubi animat.* Adde, sicuti aliquid amplius est jugiter meminisse alicujus rei, quam per intervalla de ea cogitare: idem habendum est discrimen inter eum, qui semper animo suo reputat Plagas Salvatoris, & eum qui aliquando solum recogitat, quod est inter illum, qui semper in eodem permanet loco, & eum, qui ad tempus tantum illic diverfat. *Pater Digneus sermo pro feria tertia post Pascha.*

Hac requies mea, & ibi habitabo, quoniam elegi eam. Psalmus 131. Anima, cujus vita abscondita est in Vulneribus JESU CHRISTI, invenit hac in mansione tantum suavitatis, & deliciarum, ut amittat gustum omnium voluptatum sensibilibus; labor illi molestus non est, quia iugi fruatur tranquillitate. Nulla est in hac vita amaritudo, quam consideratio horum Sacrorum Vulnerum non leniat, & illam in quamdam dulcedinem non convertat. Tanta est interea consolatio, quam Plaga illa in nobis cieat, ut exterioe mortificatione immunit, & eujusque dolorem extinguat, quapropter S. Bernardus ait, (Sermo 61. in Cantica) militem strenuum vulnera sua non sentire, cum ob oculos habet vulnera ducis sui, eo utique ut Sanctus ille, cui cordi erat haec devotio, martyrum plurimorum indolentiam in cruciatibus, quibus torquebatur, acceptam referat huic causae; quia videlicet animae eorum in JESU CHRISTI Vulneribus delitesceret. Videbitis, ait, Martyrem exultantem gaudio, dum corpus ejus in frusta discerpitur, & cum volupate respicientem sanguinem, quem ex suo corpore elicant ungulae, & ferrei pedines ex lateribus suis. Ubinam tunc est Martyris hujus anima? est in Vulneribus Filii Dei. Mirum ergo non est, si minime afflictor doloribus corporis sui, non quod omnem proflus sensum amiserit; sed quia dolor amoris magnitudine superat. Ego vero arbitor, a lumen Sanctum contemplationis deditum jure suo dixisse, eum, qui requiem suam constituit in Vulneribus JESU CHRISTI.

Confusio est in Plaga J. C. pro timore iustitiae, & equi ubi non manere in Plaga Salvatoris.

Sunt loca refugii contra nos persequentes inimicos.

Sensus gratiae fuisse etiam in Plaga J. C. percipiunt.

CHRISTI, Paradisum in terra nascisci. Caeli beatiudo est frui Deo; beatiudo terrae est propter Deum pati; sed hujus adquirenda modum esse, patientiam suam ad Salvatoris exemplum formare, & nunquam ab oculis suis removere praesentiam, atque memoriam Vulnerum ejus; in argumento S. Bonaventurae exclamat: O felix laeas! beati clavi! quibus contigit adeo praclarum Vultus inferre? Si id mihi contigisset, nunquam ex latere Salvatoris mei egressus fuisset, atque dixisset: haec requies mea, hic habitabo in aeternum, quoniam elegi eam. Ingredere igitur anima mea in suavissimum Terrae Paradisum, & si quando reipsa ingredi cupis in Paradisum caelestem, paulisper in hoc affectu, & cogitatione versare: ibi invenies absconditum inasimabili luminum thesaurum, novum pietatis fervorem, sensus doloris, & patientiae in afflictionibus tuis, misericordiam in alienis; potissimum vero cordis humiliati, & dolore faucii. *Sensus pii collecti ex Sanctis Bernardo, Bonaventura, &c.*

Salvatoris Plaga sunt asyli contra Dei iracundiam.

Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Psal. 138. Hoc dicebat David peccator. Proh Deus meus! Quo me cupere videre vos omnes una collectos in viceribus JESU CHRISTI. Licet omnia verba haec mystica, & allegorica esse videantur, hanc mihi videntur argumentationem completi. Deus diligit nos, simulque diligit fratrem nostrum, cum uterque finis fructus mortis tuae, atque Plagarum suarum. Hoc modo exipit nos in corde tuo tenera simul, & ardenti caritate: sed fieri non potest, ut simul permaneamus in isto corde, donec disscernerimus, & inter nos aliquid similitudinis vigerit. Etenim si homines cum Deo unum quid facere tenentur per vinculum perfectae caritatis, ut Apostolus inquit: *Qui adhaeret Domino, unus spiritus est cum eo.* (1. ad Cor. 6.) videntur illi debere unum, idemque facere inter se, quandoquidem eadem diviso, quae separant eorum corda, illos quodque separat a corde Dei; videlicet privat esse gratia, & amicitia eujusdem.

Sunt loca refugii contra nos persequentes inimicos.

Esse mihi in aeternum refugium, ut saluum me faciat. Psal. 30. Vulnera JESU CHRISTI, peccatoribus sunt, quod olim civitates, & vetus domus refugii nocentibus. Qui illic confugebant, in tuto personam vitamque suam collocabant; & qui ad Salvatoris Vulnera confugiunt, sese recipiunt in locum securitatis, ubi ab omnibus inimicorum suorum incursum protegentur. Nocens, qui ex eo refugii loco egrediebatur, periculo vitam suam obiciebat; qui egredietur de Vulneribus JESU CHRISTI in discrimen adducit salutem suam cum victoria, & subit periculum incidendi in manus invisibilium inimicorum suorum. Ratio unica evitandi doloris, & insidias eorum, est confugere in hoc refugio locis, ibique fides in his archibus communitate. Hoc nobis consilium suppeditat S. Augustinus per haec verba: *Habes ante te munitionem tuam, hanc ingredere, & revocae memoriam Vulnerum JESU CHRISTI, & ecce te in loco forti, & ne times, ut eripiat tibi consensum tuum tuis inimicis. Ingredere in arcus haec, & propugnacula, ibi eris victus, & nunquam hostis tuus tibi pravalebit.* In urbis autem refugii non nisi ad certum usque tempus commorari opus erit; sed consilium in eundem est vivendi, atque moriendi in Vulneribus JESU CHRISTI, neque enim sperandum est fore ut aliquando inimici nostri ponant odium, quod conceperunt in nos, & abiciant mentem non aliud significat, nisi nullum esse praesentium remedium contra hujusmodi tentationes, quam Vulnera JESU CHRISTI, quemadmodum docet S. Augustinus, & piam animam tutum ibi invenire periculum contra omnes incursum inimicorum salutis nostrae, perinde ac in expugnabili turri veratere. Illa victrix est Sanctus idem Doctor asserit, cum illic ingreditur per hiatus pedum, & manuum illius, tamquam per totidem ostia. Ut autem veniamus ad praxim, simul ac senties primos tentationis appullus, celestiter confuge ad Vulnera JESU CHRISTI. Ibi recipies subsidium contra inimicos salutis tuae. Plaga ista ciebit in te memoriam ipsum de mundo, & demone triumphante, & eodem penitus victos, deletosque fuisse. Sed disce ex eo, quod tibi tribuit exemplo, & ex ea virtute, quam his videribus plagis adiecit, si ad illas confugeris, te posse superare hos eodem inimicos; quia caro nostra, & affectus nostri incompositi, sunt arma validiora, quibus ad nos vincendos demon utatur; ita ut recordatio Plagarum Salvatoris non destruat solum peccatum, verum etiam mortificet pravas animi nostri propensiones, ac studium quo rapitur in peccatum, tribuens nobis vim resistendi; ut loquitur S. Gregorius: *Peccati consuetudinem regnare non potest in animo, qui semper secum gerit memoriam Vulnerum, & mortis JESU CHRISTI.*

Haec Plaga signum sancti facti, quam Deus largi-

Arum meum ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me, & inter terram. Genes. 9. Haec plaga modo sunt signum praedictum, vel monumentum pacis, quam Deus voluit fandi. *Henry Bibl. Cmc. Theol. de Myster. Tom. II.*

circum hominibus eodem prater propter pacto, quo Deus postquam universali Diluvio mundum universum aquis submerferat, ut certos faceret homines ejus pacis, quam illis post diluivium signum fuisse fecerat iracundia: ita, magne Deus, postquam Filium tuum gravissimis iracundiae tuae flagellis percussisti; postquam illum in aquis passionum suarum demersisti, quemadmodum Propheta tuus loquitur; dignatus es nobis largiri monumentum omnimoda, aeternae reconciliationis per haec Vulnera, quae Filius tuus conservavit usque in sede gloriae tuae tamquam certissimum pignus pacis, quam illi concessisti pro nobis, & signum, ex quo innotesceret iustitiae tuae omnino satisfactum fuisse; non attollis hoc signum in nubibus, sed vis illud permanere infixum in sacro Corpore dilecti hujus Filii tui, ut sit arrha perennis misericordiae tuae, & pacis nostrae. *Auctor sermonum in omnia argumenta &c.*

Tibi est mihi Deus, ut cupiam omnes vos in viceribus JESU CHRISTI. Ad Philippones 1. Testis mihi Deus est, Me cupere videre vos omnes una collectos in viceribus JESU CHRISTI. Licet omnia verba haec mystica, & allegorica esse videantur, hanc mihi videntur argumentationem completi. Deus diligit nos, simulque diligit fratrem nostrum, cum uterque finis fructus mortis tuae, atque Plagarum suarum. Hoc modo exipit nos in corde tuo tenera simul, & ardenti caritate: sed fieri non potest, ut simul permaneamus in isto corde, donec disscernerimus, & inter nos aliquid similitudinis vigerit. Etenim si homines cum Deo unum quid facere tenentur per vinculum perfectae caritatis, ut Apostolus inquit: *Qui adhaeret Domino, unus spiritus est cum eo.* (1. ad Cor. 6.) videntur illi debere unum, idemque facere inter se, quandoquidem eadem diviso, quae separant eorum corda, illos quodque separat a corde Dei; videlicet privat esse gratia, & amicitia eujusdem.

Deus reconciliavit nos sibi per CHRISTUM. 2. ad Corinthios cap. 5. In hoc fitum est mediatoris officium, quod Dei Filius exercuit in terra dum viveret, & pergit exercere in Caelo orans pro nobis, pacem nostram stabiliens cum Deo Aeterno Patre suo, nostramque reparans cum illo amicitiam, qua nosmet indignos praerubramus; sed hoc officium ille praestitit Plagarum suarum ministerio, ita ut cum Sancto Bernardo dicere valeamus: *Clamant clavae, Clamant vulnera.* Clavorum suorum impressio, & cicatrices Plagarum suarum clamant in Caelum, & quid clamant? *Quod Deus sit in CHRISTO mundum reconcilians sibi.* Ecce Deum in JESU CHRISTO, & hujus Plagas operari reconciliationem cordis nostri nocentis cum illius irritata iustitia, & delere crimina nostra, vel potius ipsum in statu gloriae suae perficere, quod in terris inceptit supra Galvarium, delens scelera nostra; & per hoc intelligi ipsum in Caelo pergere & operari, quod cepit in terris; videlicet fungi mediatoris officio inter Patrem suum, atque peccatores.

Hae porta Domini, iusti intrabunt in eam. Esaias. 17. Eamus, confitemur mansionem nostram in adorabili corde amabilis hujus Salvatoris. *Amamus, quem aperuit lancea, angusta porta est, per quam introire augebit, Sanctus Augustinus ait, ubi alacriter, tranquille, ac tuto traducemus vitam nostram in asylo, ubi erimus securi ab insidiis demonis, a tentationibus mundi, & ultione ipsius Dei; verum non timetis propulsari ab hoc virtutum omnium fanguario? Etenim quomodo illuc ingredi nobis liceat in cor adeo purum cum tanta impuritate? in cor adeo humile cum tanta superbia? in cor adeo suave cum tanta acrimonia? in cor adeo inflammatum amore Dei cum tanta ream terrenarum affectione? *Iusti intrabunt in eam.* Iuste duntaxat animae pedum inferre possunt in cor hoc, quod est Divinitatis sanctuarium. Sed si ingredi vultis, incipite diluculo deplorare statum, in quo estis, ut sincere illum detestemini, & mox intrate in sacrum titum Cor, quod aperit vobis Caritas JESU CHRISTI; Ignis enim illic ardens absumet omnes maculas, quas in vobismet ipsis detegit. Heu! cum vestrae vitae finis accesserit, patebunt oculis vestris portae aeternitatis, & praesto erit, ut mortis vulnus divellat animam vestram a corpore, ut inde rapiatur ad Tribunal Dei: Sacerdos pius, qui extremis illis vite momentis praestabit vobis novissima sui ministerii officia, diceat vobis, oculis vestris obiectis imagine Salvatoris de cruce pendentes cum Plagarum suarum cicatricibus; intrare, frater, cor JESU; hic tibi collocanda est anima tua in manibus tui Creatoris. Tunc oculos morientes in Crucifixum convertes, & colligens quidquid sibi virium superest extensa emittens languentia suspiria versus sacrum latus illius, quasi spiritum jamjam efflaturus velles illum immittere in adorabile cor ipsius. Sed nisi, dum viveres, unquam illic fueris ingressus, tunc ingredi irrito labore conaberis; & quid non exprobrabit tibi Dei Filius, qui tunc temporis fieri incipiet Judex tuus? Ecce, dicit ille tibi, ex Sancti Augustini sententia: *Vides Vulnera, quae insensibilis? Agnoscis latus quod pupugisti?* Si tua scelerata aperuerunt manus, pedes, & cor meum, cupiebam, ut hic ingredereris, ibi eorum medicinam inventurus: *Per te, & propter te aperi-**

ter hominibus quem admodum iracundiam fuisse fecerat iracundia.

Quis sibi vult Apolloniam, cum cupi nos in viceribus J. C.

Per vultus alicuius in eum mediatori.

Mansionem nostram de-bemus collocare in Vulneribus Salvatoris.

1. Misericordiae pro peccatoribus, qui ibi veniam inveniunt criminum suorum quamvis immanium, & plurimum.

2. Gratiarum, beneficiorum, & consolationis pro iustis.

3. Gloriarum pro ipso Salvatore, Beatissimae omnium in Caelo.

XIII. De sumi quoque doctum pro argumento, & partitione sermonis haec verba Doctoris Angelici, Respondentis quarenti Propheta: *Quid sunt Plaga ista in medio manuum tuarum?*

1. Apostolis sunt certissima Resurrectionis Dominice argumenta.
2. Iusti fontes inexhausti meritorum, etque gratiarum.
3. Peccatoribus exprobrationes acerrimae scelerum suorum.

XIV. JESUS CHRISTUS retinere voluit Plagas corporis sui in ipsa sede gloriae suae;

1. Ut iustis essent argumentum aeternae gratitudinis, quemadmodum sunt aeternum sui erga nos amoris monumentum.
2. Retinuit Plagas suas tamquam monumentum, quod ceteris in ipso memoriae eorum, quae fecit pro nobis, illum sollicitorem efficiat ad augenda, & cumulanda sua in nobis beneficia.
3. Vulnera sua sunt perennia amoris sui testimonia, quae semper, & iugiter excitent amorem nostrum; nam cor istud transverberatum nonne debet cor nostrum jaculo sui amoris facere? Plaga ista nonne sunt forniceae, ex quibus erumpunt flammae, quae universum Paradisum incendunt? Sed nondum incaluit cor meum. *Ex Christianis consolatorem P. Novus. Tomo 2.*

XV. Divinae hae Plagae considerari possunt habita ratione triplicis generis personarum; videlicet Penitentium, qui volunt sincere converti; Iustorum, qui pietatem probentur; & Peccatorum mordicium in scelere perseverantium.

1. Penitentibus sincere converti quarentibus valida sunt contritionis, spei, & consolationis argumenta.
2. Iustis sunt causae confidentiae, & amoris, solidaeque pietatis objecta.
3. Peccatoribus vitae rationem mutare nolentibus, erant aliquando causa damnationis, & desperationis.

PARAGRAPHUS ALTER.

Fons, unde hauriri possit terram capite ad proposita Sermonum partitionis exornandas & Auctores, qui hoc argumentum pertractant.

S. Augustinus; *Serm. 3. de Resurrectione*; quereit causam, cur Dei filius resurrexit cum Plagis suis.

Idem *Serm. 4. in Evangelium feria Tertie Pasche*, ostendit remedium, quod attulit J. C. Plagis Apostolorum.

Idem *lib. 20. de Civit. cap. 30. & lib. de Trinit. cap. 13.* asserit J. C. ostenturum esse Vulnera sua extremi iudicii die ad confusionem suorum inimicorum.

Idem *Epist. 49.* refellit Porphyrium Philosophum, qui ineptis rationibus ostendebat conabatur, Plagas, quas affirmabant Christiani permanisse in corpore JESU CHRISTI Resurgentis fictitias esse, non secus ac ejus Resurrectionem.

Idem, vel alius in *Manni. cap. 21. & 22.* plures habet praclaras sententias de Vulneribus J. C. & in Meditationibus, quae diversi auctoris esse dicuntur *cap. 37.* & in Solutioibus *cap. 2.*

S. Cyprianus, vel Auctor de Cardinalibus Operibus CHRISTI loquitur de aqua, & sanguine, quae ex J. C. latere effluxerunt.

S. Ambrosius *lib. 10. in Lucam cap. 24.* ex veritate Plagarum J. C. probat veritatem Resurrectionis Filii Dei.

S. Chrysostomus *Homil. de cruce, & lacrima* ait Dei Filium ostenturum in extremo iudicio Vulnera sua iustis & reprobis.

S. Bernardus *Serm. 61. in canoic.* plures eximios habet locos de Vulneribus Salvatoris.

Venerabilis Beda, *Homil. in 3. festum Pasche*, rationes addit, propter quas Salvator post Resurrectionem Plagas retinuit.

S. Bonaventura *In simulo divini Amoris*, iustus loquitur de Vulneribus J. C.

Lanspergius *Homil. 54. de Passione Domini* loquitur de Vulneribus Filii Dei.

S. Thomas 3. *part. quae. 57. artic. 3.* ubi ad examen vocat, utrum J. C. Resurgere deberet cum cicatricibus, hoc est cum hiatibus Plagarum, quae in ejus pedibus, & manibus factae fuerant.

Suarez *Tomo 2. de Myseriis quae. 57.* quereit quemodo hiatu Vulnerum Salvatoris permanerent cum corporis ejusdem integritate.

Libet cui titulus, *Fasciculus Myrtha* continet plures considerations de Plagis J. C. Auctore P. Carati Praeposito Generali Societatis JESU.

Lucas Pinelli in Meditationibus.

Cartagena de *Vulneris lateris CHRISTI Homilia duo.*

P. Saint-Jure in libro *Electorum cap. 14.* Tractatu de mansionibus in Plagis Domini.

Idem seorsim in sectione fusius loquitur de Plaga lateris J. C.

P. Haineute in Meditatione pro feria tertia hebdomadae tertiae post octavam Pasche.

P. A Ponte in 4. parte Myseriorum Fidei habet Meditationem de Plaga lateris, aliusque.

P. Novet in tertia parte Hominis Orationis, de vita gloriosa J. C. super terram.

Interpres qui scripserunt de Apparitione J. C. ad Apostolos, quibus sua offendit Vulnera.

Reina unum habet hujus argumenti sermonem pro tertia feria Paschalis.

Auctor sermonum in omnia argumenta, in Myseriis sermonem habet de pace in Vulneribus JESU CHRISTI.

P. Duneau pro feria tertia post Pascha unum habet ejusdem argumenti.

Lambert *Tomo 6. anni Evangelici*, in homilia pro feria 3. Pasche; & in Homilia Dominice in Albis.

In Specimine sermonum pro Adventus sermone in diem festum D. Thomae, ubi sermo est de Plagis Salvatoris non secus ac in omnibus Panegiricis hujus Apostoli.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, figurae, & applicationes biblicae ad hoc argumentum.

Foderunt manus meas, & pedes meos, & distinxerunt omnia ossa mea. *Psal. 31.*

Super dolorem Vulnerum meorum addiderunt. *Psal. 68.*

A planta pedis usque ad verticem non est in eis sanitas: Vulneris, & Livor, & Plaga tumor. *Isai. 1.*

Livore ejus sanavi sumus. *Isai. 53.*

In manibus meis descripti re. *Isai. 49.*

In manibus tuis foratae meae. *Psal. 30.*

Haurieris aquas de fontibus Salvatoris. *Isai. 12.*

Videbant quem transfugerunt. *Joan. 19.*

Quid sunt Plaga ista in medio manuum tuarum. *Zachar. cap. 13.*

Hic Plagas sum in demo erum, qui diligebam me. *Idem ibidem.*

Unus militum lancea lateris ejus aperuit. *Joannem 19.*

Et continuo exivit sanguis, & aqua. *Idem ibidem.*

Qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus. *Idem ibidem.*

Veni JESUS, & stetit in medio. & dixit eis, Pax vobis, & cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & lateris. *Joan. 20.*

Dicit Thomas, nisi videro in manibus ejus foramina clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in lateris ejus, non credam. *Idem ibidem.*

JESUS dixit Thomas: Insuper digitum tuum hinc, & vide manus meas, & affer manus tuas, & mitte in lateris meum, & non esse incredulus, sed fidelis. *Idem ibidem.*

Quia vidisti me, Thomas, credidisti, beati, qui non viderunt, & crediderunt. *Idem ibidem.*

Testis est mihi Deus, quemodo cupiam vos in visceribus JESU CHRISTI. *Ad Philipp. 1.*

Cujus Livore sanavi sumus. *1. Petr. 2.*

Advocatum habemus apud Patrem, JESUM CHRISTUM iustum. *1. Joan. 2.*

Libet scriptus intus, & foris. *Apocal. 5.*

Exempla, figurae, & testimonia veteris, novique Testamenti.

Patrum, ac potissimum S. Augustini sententia est, sicut Adam fuit profundus somno correptus, ut inde Heva suam originem duceret; ita JESUM CHRISTUM in cruce mortis sopore captum, ut Ecclesia, quae Heva est altera, ex eo formaretur. Dominus exivit ex femore Adam, ut inde primam efformaret mulierem; & JESU CHRISTI lateris lancea perforatur, ut emanantes illic sanguis, & aqua, efficiant sacramenta, quae sanctificare debent Ecclesiam, eamque dignam ipso Sponsam efficere. Hoc docet Sanctus Augustinus *(in 5. symb. ad Catecum. cap. 6.)* *Tract. 9. in Joan. & alibi planius: Ascendit sponsum vestrum thalamum sui lectum, dormiat mordero, aperiant lateris ejus, & Ecclesia procedat Virgo; ut quemodo Heva facta est ex latere Adae dormientis, ita etiam Ecclesia formetur ex latere CHRISTI in cruce perempti. Ecce ubi concepti fuimus, ecce ubi nati sumus, & unde nostram originem duximus quatenus Christiani, & Ecclesia filii.*

Ostium pro quod in arcem diluvii tempore patebat ingressus, secundum S. Augustini sententiam erat figura vulneris J. C. Noe, ejusque domus, qui per Ostium hoc in Arcem ingressi sunt, salvi facti sunt: ceteri, qui non in Arcem ingressi fuerunt, salvi sumus; & quicumque per vivam fidem in J. C. lateris ingreditur, salvam faciet vitam suam, & qui illuc ingredi renuit, amittet eam. Myrica omnes,

omnes, & contemplationi dediti, hac figura inventum meditandi argumenta, & hac in re eximias habent considerations. 1. Quemadmodum animalia, quae in Arcem admissa fuerunt, oblitata feritatis suae, atque antipathiae pacatam ducebant vitam; Noe vero, ejusque filii divinarum rerum contemplationi vacabant: ita affectus, & motus partis hujus animalis nostrummet ipsum, in JESU CHRISTI lateris ciures sunt, & potestates superiores fruuntur tranquillitate, & ad divinitatis contemplationem se attollunt. 2. Noe non egredietur ex arca, nisi postquam aqua diluvii exhausta fuerit: utque vita sua effugit securum dominum rogavit, per exteriorem partem ostium concluderet. *Et incluserunt enim Dominus deserti. (Genes. 7.)* Ovos beatos si Deus eandem vobis gratiam concesserit, atque incluserit vos in JESU CHRISTI Vulnera, quin inde vobis egredi permittat, donec mundi procellae perfluant. O Noe divine, qui in latere Arcae Myrica, quae est sacrum corpus tuum aperis janam pro illis, quos de diluvio salvare desideras, me quoque illac digneris recipere, ne peream in generali coluvie tuo peccatorum, quae terram universam inundant.

Lapides quinque, quos elegit David de torrente cum descensus esset in singulari certamine adversus Goliath, sunt figurae quinque vulnerum J. C. ex quo arma capere debemus contra Daemonem, alioquin salutis nostrae inimicos putemur. Si cum dextericite uti novierimus hoc armorum genere in acie, ac tentationis praestio, victoria erit penes nos, eaque nobis desse non poterit. Pie imaginati sunt nonnulli contemplativi dicentes, nomina quatuor Patriarcharum Abraham, Isaac, Jacob, & Moyses insculpta fuisse in primis quatuor lapidibus David, sed illum, quod Gigas prostratus occubuit signatum fuisse nomen Iosue, quod erat figura Nominis JESU. Esto fit hac pia imaginatio nullominus argumentis; sed haec solida veritas est, Daemonem nunquam fuisse victum, & ex mundo exterminatum viles scripturae, sed Evangelii gratia, & virtute Vulnerum JESU CHRISTI.

Jeremias Propheta hortabatur habitores Moab, ut in Petram confugerent: *Relinquit Civitates, & habitate in petra. (Jerem. 48.)* Hoc illic suadebat, quia Urbs eorum depopulanda erat, ac evertenda, & illi adversus incendium sibi consulere cupiebant. Hoc ipsum in sublimiori sensu nobis Sancti Patres suadent, cujus alterum illud nonnisi figura est. Querendum nobis esse perfugium, & asylum in foraminibus petrae, quae JESU CHRISTI est. *Petra autem eras CHRISTUS. (1. ad Cor. 10.)* Hoc est fugiendum esse tutulum saeculi, mundi commercium, ubi periculum est nos involvi ea ruina, & excidio, quod illi imminet, & in JESU CHRISTI Plagas esse confugiendum.

In Apocalypsi S. Joannes ait, se vidisse librum scriptum intus, & foris. S. Hieronymus inquit, est JESUS CHRISTUS cruce suffusus. Liber hic simul apertus, & clausus est: visibilis est oculis nostris corpore per extertum corticem, invisibilis autem in parte interiori omnibus luminibus naturalibus: id autem quod ad rem pertinet liber est scriptus extrinsecus quidem terribilibus characteribus, plagis nempe, quas hominem nequitia ibi incidit, & sculpsit; & dicere possimus hoc opus fuisse crudelitate Judaeorum, & peccatorum omnium hominum: quod vero spectat ad interiore hujus libri partem, conceptus fuit in intellectu Dei ab aeterno, & consistit in unico Verbo, quod continet in se omnes thesaurus scientiae, & sapientiae Dei: Hic ergo liber repletus omnibus secretis divinitatis intus, quae cuicumque create menti sunt invisibilia, hic, inquam liber extrinsecus scriptus est manu peccatorum, qui profunda hae Vulnera impresserunt, quae ille post suam resurrectionem retinuit, & quae nunquam debebantur. Qui legere posset, & intelligere quaecumque scripta sunt, sciret omnia Dei consilia, & quid fe facturum decrevit in omnem saeculorum omnium durationem. Sed in hac parte liber clausus est; sin autem attentius legere voluerimus quod extrinsecus scriptum est, in levissimis plagis, quas recepit, nonnihil assequemur de infinita peccati nequitia, de magnitudine amoris, quo Deus profectus est homines, de severitate justitiae suae, deque infinita misericordia, qua usus est erga Plagarum ipsarum auctores.

Cum Dei Filius post Resurrectionem suam, clausis januis ingressus esset in locum, ubi congregati erant discipuli, pariterant, id quod inebantur merum esse spiritum. Ut illos in errore versari ostenderet dixit Spiritus carnis, & ossa non habet; simulque ostendens illis pedum, manuumque Plagas, inquit: *Palpate, & videte.* Iubenti praevertit Apostoli, palparunt, & viderunt Plagas esse veras, & illum, quem videbant, & loquentem audiebant, illum esse ipsum, qui resecerat illas. Erat dilectus discipulus loquens de illo, cujus minister erant, enumerans omnia beneficia, quibus ab illo fuerat cumulatus, non praeterit illum, quod dignus habitus fuit, qui illum suis manibus attraheret. *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod percipimus, & manus nostra contraxerunt de verbo vitae, & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis. (1. Joan. 1.)* Alii autem Apostoli videntes pedes

ejus, & manus possunt testari hunc illum fuisse, qui Vulnerum suorum cicatrices servaverat.

Dubium est, utrum S. Thomas conversus fuerit solo ad aspectu Vulnerum Sacrorum JESU CHRISTI, an respicere illa tetigerit, antequam crederet. Nonnulli crederunt ipsum pra reverentia non tetigisse ea, & S. Augustinus tenet hanc sententiam esse probabilem; quamvis alibi asserat, tetigisse illa, ut Magistro, Dominoque obediret, & nostrae cognitioni prodesset; sed jamjam convictum fuisse de illius resurrectione ad solum intuitum gloriosorum cicatricum. S. Gregorius addit illum attingentem fuisse conversum. *Thomas ad fidem palpando reducit. (S. August. tract. 121. in Joan. Item Serm. 161. de Temp. S. Greg. hom. 26. in Evan. S. Ambros. in Ps. 43.)* Et S. Ambrosius, Thomam postquam manu sua attraxerat lateris JESU CHRISTI, tunc protulisse verba illa, *Dominus meus, & Deus meus.* Postrema vice, qua mentio fiet Vulnerum Filii Dei, vel potius postremum, quia mentio Salvatoris profertur illa adversus reprobos peccatores, erit eadem illis ostentare extremi iudicii die, quemadmodum id innuere S. Joannes videtur: *Videbant in quem transfugerunt. (Joan. 19.)* Quod Zacharias jam propheta verat; hinc enim S. Augustinus ait, *(lib. de Symbolo c. 8.)* in peccatoribus confurget, & ostendens illis Plagas suas dicet illis: Ecce homo, quem crucifixistis, ecce Vulnera, quae illi intulistis; considerate latus, quod perforastis: pro vobis apertum fuit, & vos illic ingredi renuistis. Sed quantum terroris, & confusionis afferent sacra hujusmodi Plagae reprobis, tantum afferent consolationis, & gaudii iustis. Peccatores videbunt illum, quem criminibus suis vulneraverunt, & iusti considerantes hoc testimonium divinae erga se caritatis, videbunt illum quem ex toto corde suo dilexerunt, & haec eandem Plagae erunt illis valida ratio eundem in aeternum amandi.

Applicatio quorundam locorum Biblicorum huic argumento.

Uter fugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo. *Deuter. 32.* Sanctus Bernardus applicat haec verba ad Vulnera Salvatoris, cum ait, pias animas apibus esse similes, quae volantes ingentem strepitum edunt, donec speciosum aliquem inveniunt florem, qui eas remoretur: tunc enim illic ingrediuntur, ut in silentio, & quiete exfugant, & colligant suum mel. Ita dum Servi Dei in adversitatibus suis aliquod in rebus creatis solatium inquirunt, rumorem edunt, festinant, solliciti, & inquieti donec sese inferant in Plagas Salvatoris, & ingrediuntur in rimas sacrae hujus Petrae, ibi solida consolationis dulcedinem delibaturi: *ut per has rimas sugant mel de petra, oleumque de saxo durissimo.* Si anima adhuc infirma est, si non satis habet virium, & elationis, ut divinitatis arcana pervadat; ostenduntur illi in corpore JESU CHRISTI fessuram, in qua ingressi potest cogitatione non agere, & ibi delitescere donec vim adepta fuerit per semet in petra haec effodiendi: videlicet, ut de Humanitate Sancta transeat ad divinas pertinetates Salvatoris, postquam majorem adquisiverit puritatem, majorem hominem nequitia ibi inciderit, & sculpsit; & dicere possimus hoc opus fuisse crudelitate Judaeorum, & peccatorum omnium hominum: quod vero spectat ad interiore hujus libri partem, conceptus fuit in intellectu Dei ab aeterno, & consistit in unico Verbo, quod continet in se omnes thesaurus scientiae, & sapientiae Dei: Hic ergo liber repletus omnibus secretis divinitatis intus, quae cuicumque create menti sunt invisibilia, hic, inquam liber extrinsecus scriptus est manu peccatorum, qui profunda hae Vulnera impresserunt, quae ille post suam resurrectionem retinuit, & quae nunquam debebantur. Qui legere posset, & intelligere quaecumque scripta sunt, sciret omnia Dei consilia, & quid fe facturum decrevit in omnem saeculorum omnium durationem. Sed in hac parte liber clausus est; sin autem attentius legere voluerimus quod extrinsecus scriptum est, in levissimis plagis, quas recepit, nonnihil assequemur de infinita peccati nequitia, de magnitudine amoris, quo Deus profectus est homines, de severitate justitiae suae, deque infinita misericordia, qua usus est erga Plagarum ipsarum auctores.

Quid sunt Plaga ista in medio manuum tuarum. *Zachariae cap. 13.* Propheta quareit ab hoc crucifixus, ac triumphanti Deo, quem in spiritu vides, quem in utrum referret has quas Salvator retinuit post resurrectionem.

S. Augustinus; *Serm. 3. de Resurrectione*; quereit causam, cur Dei filius resurrexit cum Plagis suis.

Idem *Serm. 4. in Evangelium feria Tertie Pasche*, ostendit remedium, quod attulit J. C. Plagis Apostolorum.

Idem *lib. 20. de Civit. cap. 30. & lib. de Trinit. cap. 13.* asserit J. C. ostenturum esse Vulnera sua extremi iudicii die ad confusionem suorum inimicorum.

Idem *Epist. 49.* refellit Porphyrium Philosophum, qui ineptis rationibus ostendebat conabatur, Plagas, quas affirmabant Christiani permanisse in corpore JESU CHRISTI Resurgentis fictitias esse, non secus ac ejus Resurrectionem.

Idem, vel alius in *Manni. cap. 21. & 22.* plures habet praclaras sententias de Vulneribus J. C. & in Meditationibus, quae diversi auctoris esse dicuntur *cap. 37.* & in Solutioibus *cap. 2.*

S. Cyprianus, vel Auctor de Cardinalibus Operibus CHRISTI loquitur de aqua, & sanguine, quae ex J. C. latere effluxerunt.

S. Ambrosius *lib. 10. in Lucam cap. 24.* ex veritate Plagarum J. C. probat veritatem Resurrectionis Filii Dei.

S. Chrysostomus *Homil. de cruce, & lacrima* ait Dei Filium ostenturum in extremo iudicio Vulnera sua iustis & reprobis.

S. Bernardus *Serm. 61. in canoic.* plures eximios habet locos de Vulneribus Salvatoris.

Venerabilis Beda, *Homil. in 3. festum Pasche*, rationes addit, propter quas Salvator post Resurrectionem Plagas retinuit.

S. Bonaventura *In simulo divini Amoris*, iustus loquitur de Vulneribus J. C.

Lanspergius *Homil. 54. de Passione Domini* loquitur de Vulneribus Filii Dei.

S. Thomas 3. *part. quae. 57. artic. 3.* ubi ad examen vocat, utrum J. C. Resurgere deberet cum cicatricibus, hoc est cum hiatibus Plagarum, quae in ejus pedibus, & manibus factae fuerant.

Suarez *Tomo 2. de Myseriis quae. 57.* quereit quemodo hiatu Vulnerum Salvatoris permanerent cum corporis ejusdem integritate.

Libet cui titulus, *Fasciculus Myrtha* continet plures considerations de Plagis J. C. Auctore P. Carati Praeposito Generali Societatis JESU.

Lucas Pinelli in Meditationibus.

Cartagena de *Vulneris lateris CHRISTI Homilia duo.*

Quid significent Plagas, quas vides in manibus ejus? Quandoquidem mortis imperium in cruce evertisti, cur geris adhuc Cicatrices? Sanctus Cyrillus respondet has Plagas remanere impressas in Corpore JESU CHRISTI resuscitati, tamquam certos characteres, qui perhibent testimonium veritati mortis, & resurrectionis suae; ut ostendat, se simul & hominem esse, & Deum; hominem quidem, quia mortem fuit, Deum vero, quia de morte triumphavit. Vulnera haec probant illius & humanitatem, & divinitatem; docent enim omnem Ecclesiam de alterius quidem passionibus; de alterius vero fulgidissima gloria... Sancti Cyprianus, & Ambrosius crederent Salvatorem resurrexerat Plagas suas post resurrectionem, ut essent semper vultura eloquentia semper in omnem aeternitatem aperta in gratiam peccatorum, & magnum hoc spectaculum Dei pro nobis mortui, & crucifixi semper esset praesens in Caelo, & in terra:

